



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CXV. Non nobis, Domine, non nobis, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Montes subsiliere, mares ovium ut petulantes,
Agorum colles exilie modo.
Quatibi causa fuga, mare, cur tua terga dedisti?
Quatibi causa metus, Iordani, tanta fuit?
Quidnam vos mouit, montes, ad subsiliendum?
Collibus ad saltum qua noua causa fuit?
Terra, immota alias, tremuit virtute potentis,
Ante Deum, quem tu fide Iacobe, colis.
Qui solidas petras mutans in stagna profunda,
Aspera saxa facit fundere fontis aquas.

PSALMVS CXV.

Non nobis, Domine, non nobis, &c.

Gloria non nobis, non nostris competit actis,
Sed tua, sancte Deus, nomina sola decet.
Ob tua qua gratis cumulare soles benefacta,
Obq; tuam indubiam perpetuamq; fidem.
Cur dicant gentes, simulacra prophana colentes,
Nunc Deus istorum Trinus & unus ubi est?
Ast Deus in cœlis noster Deus omnia, solus
Qua vult queq; probat, perficit atq; creat.
Illorum ex auro confata idola velare,
Sunt opera artificum sic fabrefacta manu.

Ora

Ora gerunt muta, & non ulli peruvia voci,
Et cæcis oculis lumina nulla vident.
Sunt illis aures surda, voci undiq; clausæ,
Ilorum nares flatu & odore carent.
Nil palpant manibusue suis digitisue prehendunt,
Et gressus nequeunt ferre mouendo pedes.
Nil gustant, nullosq; sonos è gutture mittunt,
Organæ sermonis nulla loquentis habent.
Atq; horum similes, faciunt qui talia, fiunt,
Quotquot in Idolis spem posuere suam.
Tu vero Israël Domino confidere disce,
Istibi erit chypei præsidiq; loco.
Disce domus prestans Aaronia fidere Iouæ,
Iscutum, auxilium, robur eritq; suum.
Qui colitis Dominū, super hoc spes ponite vestras,
Irrita spes nullo tempore talis erit.
Nulla Deum nostri capiunt obliuia pacti,
Sed memor electis dat bona cuncta suis.
Ipse domum Israël benedicendo atq; Aaronis
Ditat, & innumerá prosperitate beat.
Qui metunt Dominū, saturantur diuite cornu,
Seu proceres seu sint inferiore loco.
Vos faciat Dominus successu crescere lato,

Atq;

Atqz ortam ex vestro semine progeniem.
Vos benedicti estis, grati acceptiqz, Iehouæ,
Qui cælum & terras condidit atqz regit.
Cæli cælorum Domini sint regia sedes :
Ast hominum cætus terrea regna colant.
Non te laudabunt defuncti munere lethi,
Non animæ, stygios qua petiere lacus.
Nos qui inter superos vitali vescimur aura,
Laude Deum æterna concelebrare iuuet.

PSALMVS CXVI.

Dilexi, quoniam exaudiet Dom. &c.

HÆC sunt grata meo tristi solatia cordi,
Quod Deus hanc vocē percipit atqz preces.
Semper in hac vita Dominū in mea vota vocabo,
Semper enim oranti est auris aperta Dei.
Me circumdederant funes & vincula mortis,
Infernī laqueis iam propè captus eram.
Anxetas urgens mea pectora mæsta premebat,
Vna, preces sed erat tunc adhibere, salus.
Dixi igitur: clemens, animam hanc, precor, eripe,
Quandoquidē es iustus propitiusqz, Deg. (Ioua,
Syncero quoniam viuentes corde tueris,

Oppres-